

D. DIDACI  
S A H A G V M  
DE VILLASANTE  
IN INCLYTA SALMANTICENSI  
ACADEMIA PRIMARII, IURIS  
Canonici Præceptoris, Operum  
Posthumorum,  
TOMVS PRIMVS.

*In quo insigniores libri primi Decretalium tituli.*

*De* Rescriptis,  
Consuetudine,  
Officio Delegati,  
Officio Legati,  
Sacramentis,  
In integrum restituzione.

*Opus omnibus iuris utriusque studiosis utilissimum, & ad  
publicas disputationes, & examina necessarium.*



PARISIIS,  
Apud MICHAELEM SONNIUM, Via Iacobæa,  
sub Scuto Basilicensi.

M. D C V.  
CVM PRIVILEGIO.





# ILLVSTRISSIMO

ET EXCELLENTISSIMO  
DOMINO D. GASPARI DE STVNICA  
ET DE AZEVEDO COMITI MONTIS-REGII,  
& amplissimi Pyruini Regni Proregi dignissimo.  
D. Ludouicus Abarca de Bolea Regius Consiliarius,  
& in conuentu Vallisoletano XVI Vir litibus iudi-  
candis, S. P. D.



*VANTVM commodi, atque utilitatis Reipu-  
blicæ conferant Principes viri, qui litterarum  
studia colunt, litteratosque amplectuntur, &  
souent, vir excellentissime, nulli melius cogno-  
scunt, quam illi, qui eadem studia tractant, &  
inde ob litterarum cognitionem, & rerum usum  
ad magnorum negotiorum administrationem assumuntur. Perspi-  
ciunt enim scientiarum peritiam pulcherrimum omnium esse ad  
Rempublicam recte, & cum laude gerendam instrumentum. Vnde  
diuinus ille non solum sentiendi, sed etiam dicendi magister Plato  
summa cum ratione dicebat beatas tum demum fore Respublicas,  
cum aut Philosophicas gubernarent, aut qui eas gubernant, philo-  
sopharentur. Philosophari autem nihil aliud est, quam sapientiae, &  
sapientum studiosos esse. Quo efficitur ut homines ad scientiarum  
cognitionem eorum fauore allecti permoueantur. Quin & ipsi Prin-  
cipes viri summam inde laudem, sumnum splendorum, atque adeo*



# A D T I T V L V M

D E R E S C R I P T I S,

A D . S A H A G V N.

Summarium ad rubricam huius tituli.

1. *Quid sit rescribere describitur.*
2. *Rescribere accipitur pro iubere, concedere, & statuere contra Budæum.*
3. *Nomen rescripti comprehendit omne rescriptum secundum ius, aut iuri contrarium.*
4. *Comprehenditur etiam hoc nomine rescriptum gratiae, & iustitiae, & quid dicatur gratiae, & quid iustitiae.*
5. *Duae definitiones rescripti.*

I N R V B R I C A M.

**R**E S C R I B E R E iuxta re-  
stitutinem sermonis est  
scripto respondere, Ci-  
cero pro Murena in e-  
pistolis frequentissimè,  
Machabæorum lib. i. c. 8, inde populi  
Romani moribus receptum erat Se-  
natum eiusque patres scripto consule-  
re, consultationique eos rescripto res-  
pondere, responsumque rescriptum ap-  
pellabatur ut ex Cicerone deprehen-  
ditur. Vnde idem in imperatoribus,  
eiusque consiliariis mos successit. I. im-  
perator. 8. l. imperator. 18. ff. de statu  
hom. l. fin. ff. de minoribus l. licet im-  
perator. 74. ff. de legatis. 1. l. licet. 23.  
de usufructu legato. l. Diui fratres 17.

ff. de iure patro. l. ex contractu. 44. ff.  
de te iudicata. l. i. §. i. ff. de appell. l.  
4. ff. de appell. recip. rescriptu forma  
designatur l. cum de arte 13. l. impe-  
ratores. 29. ff. de probationibus. l. 2.  
cum seqq. legibus, & titulis usque ad  
titulum de diversis rescriptis. c. dicen-  
ti in principio & §. rescripta. c. impe-  
riali 25. q. 2. ita etiam Pontificum res-  
ponsa appellantur rescripta in hoc ti-  
tulo, & in sexto & Clementinis, & si-  
c ut inter Cæsareos rescripta appellan-  
tur sacri affatus, imperiales constitu-  
tiones, sacræ formæ, diuinæ, & sacræ  
iussiones in dictis legibus & l. benefi-  
cium. ff. de constitutionibus Prin-  
cipium, ut explicant Rebardus in l. que

A